


RECITATIONVM
IN ALMA LVDVICIANA
TAM
ORDINARIARVM,
QVAM
EXTRAORDINARIARVM
SEMESTRI AESTIVO
A. S. R. CIOCCCLXXII.
DIE III. MAII INCHOANDARVM
ET
DIE III. OCT. ABSOLVENDARVM
SERIES.



G I S S A E,

litteris IOH. IAC. BRAVNII acad. typogr.

ALMAE LVDOVICIANAE
RECTOR
D. IOH. GEORG. BECHTOLD

PROF. THEOL. P. O.

C V M S E N A T V

Copiosam illud de *Polymathia* argumentum tractaturis, multa restant, quae spatii angustiis adacti nuper omisimus. Iam ad eos venimus, quorum opinione, quamquam plus habere videatur excusationis, nihil tamen infirmius ac leuius esse potest, nihil magis eorum, qui eam tractant, incitiam & imprudentiam arguere. Quam rudes enim sint oportet atque imperiti, qui nondum animaduertent, quod exiguus quemque usus docet, litteras artesque omnes arctissimo inter sese contineri vinculo, vnamque ab reliquis, qui seiungat, diuidere vel frangere potius res natura sua copulatas. Indefinitam propemodum litterarum vim omnemque scientiarum ambitum in oratore requirunt Cicero & Quintilianus, & ut quisque omni memoria eruditissimus fuit, ita vel maxime eorum sententia standum existimauit. Non multo expeditiorem esse eorum, qui in aliarum artium studia incumbunt, conditionem vere videmur posse dicere. Est profecto ea litterarum societas, ut vna cum altera vel matris, vel comitis, vel ministrac vel dominae rationem habeat, neque alia ab alia adeo sit remota, & distita, quin mutuam sibi auxilium praestare, & lucem quum afferre, tum recipere queant. Quibus secus viderur, nec illi litterarum limina ad summum norunt, neque vnquam in vllius artis reconditos recessus penetrare consti sunt. --- Aegre quidem, sed laeti etiam praefationi nostrae hic finem facimus. Parcendum enim spatio, quod, prouida *Clementissimi Principis* cura, iam tot Professorum nominibus implere possumus, quot in hac litterarum vniuersitate rariis docuerunt. Nulla iam scientiarum quum reliqua sit, cuius doctor Vobis deficiat, *Commilitones aestumatissimi*, omne litterarum stadium percurrere Vobis licet, & quin libeat, nulli dubitamus.

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER.

Ante ferias, annuente Deo, absoluet, quae inde ab autumnno anni praeteriti coepit. Per instantes menses aestiuos, publice disputationes priuatas, ad exemplum earum, quas annis superioribus in exegetin sacram habuit, nunc in *impietatem Socinianam*, cum proreotide Commilitonum caetu instinet. *Priuatim*, horis consuetis, *nocturnam salutis* tradet, iustis definitionibus & *exegetis* dictorum classicorum vsurus. Addet singulare collegium *theologiae actiuae*, ad filium compendii sui, hos in vsus editi, eaque discutiatur, quae *ensor Bero-* *liniensis* temere obiecit. Cetera optioni Dnn. Commilitonum permittit.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD


Publice hora VII. matutina diebus Mercurii & Saturni *theologiam ecclesiae nostrae symbolicae* tradet. *Privatim* eadem hora diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris in *Theol. moralem* commentabitur. Addet hora VIII. *theologiam theticam*, ea seruat methodo, ut singula fidei nostrae capita ex sacro potissimum codice, bonae exegetis ope, eruatur, erroresque veritati inimicos sollicito vbique indicet, atque discutiatur. Hora II. pomeridiana *theologiam pastora-* *lem* duabus per hebdomadem diebus praeeget, eandem horam reliquis diebus in *hermeneuti-* *cam sacram* impensurus. Collegium quoque homiletico practicum, nec non *Iurisprudentiae V.* & *Philosophiae moralis lectiones* desiderantibus offert. Singulas lectiones intra semelre spatium, quemadmodum adhuc fecit, in posterum quoque ad finem perducet.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER

Hora VIII - IX. historiam ecclesiasticam V. T. secundum *Friderici Spanhemii* Compendium enarrabit. Publice vero hora III - IV. excepto die Saturni Dogmaticae in Compendium D. Danouii, praeelectiones instinet.

D. CAROLVS FRIDERICVS BAHRDT

Diebus Lunae, Martis, Iouis ac Veneris Hora VII - VIII. matut. *lectiones cursorias in scri-* *ptores Noui Testamenti* continuabit, ita ut per semestre aestiuum *utraque Pauli ad Corin-* *thios* epistola explicetur. Hora VIII - IX. *Psalms* interpretaturus est. Diebus vero Mer- *curii* & Saturni. Hora VIII - IX. fundamenta linguae *hebraicae*. Hora IX - X. fundamenta lin- *guae syriacae* tradet. Hora X - XI. *Historiam ecclesiasticam* inde a seculo XV. vsque ad no- *stra tempora* enarrabit. Hora XI - XII. *scholas homiletico - practicas* aperiet. Die denique Mer- *curii* hora *pomerid.* II - III. colloquia cum auditoribus suis super rebus Theologicis instinet eo *quidem* consilio ut ad facultatem bene promteque *differendi* manucentur.



ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Publice Disputatorium in vniuersum ius instituet. Priuatim hor IX - X. & XI - XII. Pandectas, hora X. - XI. Ius criminale & hor. II - III. Ius Canonicum docebit; ad alia quoque plura paratus.

D. CHRISTIAN. HARTMANN. SAMVEL GATZERT.

Alteris diebus hor. IX - X. de scriptoribus scriptisque iuris publici aget & artem diplomaticam tradet. Hor. VIII - IX. Iuri Germanico priuato substituet Ius feudale. Hor. XI - XII. Ius publicum redauspicabitur, paratus etiam ad illustranda de Iure Principum priuato Pütteri praecepta. Collegia Practica differet ad semestre hibernum.

D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER.

Instanti semestri hanc seruabit docendi rationem, vt publice examina ex institutionibus & pandectis hor. X - XI. quater per septimanam instituat, priuatim historiam iuris, qua Germania vitur, duce *Selchouio*, institutiones iuris Iustinianei ex elementis Heineccii, & antiquitates iuris secundum theses suas exponat. Auditorium harum praelectionum cupidis patebit hor. VIII - IX. XI - XII. & II - III. Historiam literariam scientiae legitimae cum historia legum coniunget.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP,

Iur. P. P. O.

Vt muneri clementissime sibi demandato satisfaciatur, per proximum semestre aestiuum priuatim hora XI - XII. sexies per septimanam ad Dni Pütteri institutiones iuris publici germanici, Goettingae 1770. editas, commentabitur; quinquies vero hora III - IV. historiam imperii Rom. Germ. enarrabit, filium Compensii Pütteriani sequuturus. Neque iis decrit, qui in tradendo processu summorum imperii tribunalium operam eius desiderabunt. Publice hora commoda Collegium disputatorium aperiet.

INSTITVTIONES MEDICAE.

D. IOAN. WILHELMVS BAVMER

Medic. Prof. Primar.

Hora IX. Chemiam ad sua praecepta tradet. Hor. X. in A. C. Celsilibros de medicina commentari perget. Hor. XI. Anthropologiam anatomico-physicam, hoc semestri typis excutendam, proponet. In excursionibus, subseciuo tempore instituendis, historiae naturalis dogmata practice illustrabit.

D. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD

P. P. O.

Vt desiderijs quorundam Dn. Commilitonum satisfiat, hor. XI - XII. denuo *Osteologiam* & hor. II - Chirurgiam tradet, quibus hor. X - XI. *Pathologiam generalem* & hor. III - IV. *Splanchnologiam* addet; ad alia insuper paratissimus.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Fac. med. b. a. Decanus.

Hora IX. Botanicam, duce Linnaeo, docebit, & interdum quoque ad vltiorem stirpium indigenarum notitiam excursionem, vt vocant, botanicas in agrum Gilsensem & loca finitima instruet. Hor. XI. aut alia auditoribus commoda bis de hebdomade doctrinam de Venenis animalibus explicabit.

RECITATIONES PHILOSOPHICAE

ERNESTVS THOM,


Prof. philos. actiuae, b. a. Decanus.

In iure naturae hora IX. interpretando, Wolfium, & in ethica ac politica hora X. illustrandis Winklerum sequetur; hora I. Beckmanni praecepta de rebus rusticis Germanorum exponet, & Foersteri politiam & cameralem, quam vocant, scientiam hora III. explicabit.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. P. P. O. Biblioth. acad. Praefectus.

Hora VII. *Logicam*, h. VIII. *metaphysicam*, h. I. *mathesin puram*, h. II. *applicatam* docebit, vtque desiderio eorum, qui ipsam geometriae practici addiscere cupiunt, satisfiat, cum auditoribus suis subinde in campos excurrat. Hora Commilitonibus suis commoda vel ius naturae vel physicae tradet. Bibliothecam publicam temporibus consuetis aperiet.



FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSEK,

Physices Prof. Ord.

Publice hor. VII. diebus Mercurii & Saturni Historiam naturalem gemmarum exponet. Priuatim hor. VIII. Elementa Physices tradet ac potiora huius scientiae dogmata experimentis illustrabit.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

LL. Or. & Graec. P. P. O.

Publice linguam arabicam ex Grammatica & Chrestomathia Perillustr. MICHAELIS hora IX. X. & linguam anglicanam, iussu Sereniss. Principis speciali, ADDISONIANI Catonis interpretatione, docebit hor. I - II. Priuarim Euangelium Iohannis interpretabitur h. X - XI. Theologiam moralem praeunte S. R. LESSIO tradet h. XI - XII. Grammaticam Ebraicam docebit hor. I - II. Praecipuorum Europae regnorum notitiam politicam & historicam h. c. statisti- cam suppeditabit h. III - IV.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

Poeseos & Eloqu. P. P. O. AA. LL. M. & Iurium Doctoribus Lips. adscriptus.

Hor. VIII - IX. potiores *vasis Venusini* odas illustrabit; Hor. IX - X. elementa *Aesthetices* ex *Theoria Riedelii* tradet, eorum non refragaturus desiderijs, qui forte iterari Rhetoricas institutiones, aut enarrari *Historiam litterariam* ex Rimbachio, *Eucyclopaediam scientiarum* ex Sulzero, *Archaeologiam* ex Ernestio, *Antiquitates Romanas* ex Grunero, *Historiam humanitatis* ex Iselino, principia *artium elegantiorum* ex Battésio, *Ethices* praecepta ex Ferguson, malint; eorum denique studiis paratissimus, qui *iuris elegantioris* lectiones cupiant.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

Historiar. P. P. O.

Publice, *Artem heraldicam*, cum explicatione insignium *Serenissimae Hassacae Domus*, eiusque historiae breui narratione coniunctam tradet. Hor. VIII - IX. *Historiam vniuersalem* de integro ordietur; Hor. X - XI. *Historiam Imperii Romano - Germanici* secundum *Masconi* manuductionem, vel, si auditoribus ita videbitur, *Historiam statuum Europae ac imprimis Germaniae* proponet. Hor. I - II. *Ius Naturae & Gentium* secundum *Institutiones Iurisprudentiae vniuersalis Perill. Dariesii* praeleget. Hor. III - IV. *Ex Historia litteraria* caput de scriptoribus graecis seliget. Denique, si qui sint, qui in *Historiae subsidium* rei nummariae vel conquirendis & explicandis diplomatis operam nauare cupiant, eorum votis lubentissime satisfaciet.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE

IO. CHRISTIANVS DIETZ,

SS. Theol. Profess. publ. extraord.

Lectiones polemicas ductu compendii a *b. Baumgarten* editi clapsa hieme inceptas, per semestre hoc aestiuum ad umbilicum perducet. Praeterea collegium *paraphrastico - critico - exegeticum*, in Librum N. T. quemcumque auditores, optione nimirum concessa, elegerint, bono cum Deo aperiet. Profanum etiam scriptorem graecum explicabit, & quantum istiusmodi lectio, ad linguae sacrae, qua libri N. T. sunt consignati, plenior cognitiōem conferat, sedulo ostendet. Denique, publice pariter ac priuatim disputando, operam in exercendis suis collocandam, cupientibus offert.

IO. GEORGIVS GOTTLOB SCHWARZ,

SS. Theol. Prof. Publ. Extraordinarius.

Hor. VIII. Theologiam docebit *moralem*. Hor. X. Theol. *dogmaticae* in summe venerandi *Benneri Notitiam Salutis*, semestri praeterito absolutas, & hor. I. Historiae Ecclesiasticae in suum compendium, *Gründriß der Kirchen - Geschichte Neuen - Testaments* praelectiones denovo instituet, earumque repetitioni, colloquendo & examinando instituendae, dies Mercurii & Saturni, vti huc vsque solebat, dicabit. Hor. III. vel *Polemiam*, vel *Hermeuuticam* tradet praeunte *Baumgartenio*. Philosophica, & disputationes publicas & priuatas desiderantibus non decrit.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL,

Medic. Prof. Publ. Extraord.

Instanti semestri fascias chirurgicas applicandi modum docebit. Osteologiam in *Schaarschmidtii* tabulis propositam explanabit. Physiologiam in usum chirurgorum, quatenus ad illos spectat, dilucide profitebitur. Collegium pharmaceuticum experimental. singulis Mercurii diebus horis pomeridianis continuabit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltantique palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis*, per magistros carum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.